Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 88

, 192.

4

Libellus de arborum plantatione. Titulus est: " Incipit libellus de arboribus fructiferis, et primo de Insercione." Initium: "Novo inserctionis arborum usitatior, et magis communis talis est." Totum hoc opusculum est Epitome ex opere latiori, cujus authoris nescio.

Libellus de arborum plantatione.

246b – 266b

Cod. LXXXVIII.

Carthae: 8. min. Loc. 15.

1. fol. 1 – 155b.

Nicolai de Mazen Abbatis, et Reformatoris Monasterii Mellicensis " cæremoniæ regularis observantiæ ordinis S. P. nostri Benedicti ex ipsius regula sumptæ, secundum quod hodie in S. Monasterio Suo Sublacensi et specu practicantur."

Nicolai de Mazen cæremoniæ regul. observantiæ ord. S. Benedicti.

1a – 155b

1.
fol. 1.


Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 88

, 193.

Ita hujus operis titulum exhibet Kropffius in Bibliotheca Mellic: p: 198. In Codice nostro sequens legitur inscriptio: "Incipit prologus in breviarium ceremoniarum Monasterii Mellicensis ducatus austrie Patauiensis dyöcesis anno Dñi Millesimo quadringentesimo decimo octavo per venerabiles patres Monasteriorum Sublacensis, et Sacri Specus, auctoritate Dñi Martini pape quinti reformati." Prologus incipit: "Quamvis beatissimi patris nostri Benedicti regula." Caput primum tractat "de sono ad collacionem;" et incipit: "Omni itaque tempore, quando bis manducatur." Totum istud caeremoniale tribus constat partibus, et a Schrambio in Chron: Mellic: p: 320 legg: publicae luci datum est, sed non i: quod tamen Kropffius l. c. dicit: integrum. Omisit enim partem secundam ea potissimum de causa i: vt ipse Schrambius fatetur: quod caeremoniae in illa praescriptae non dissonantes sint positis tum in rubrica, tum in missali. Praeterea in parte tertia desiderantur, quae in codice nostro Fol: 132. "Modus petendi admissionem ad profitendum cum suis ceremoniis" "sc cujus initium: "Conventis Dño Abbate, et capitulo;" et Fol: 136" Quod religiosus mundo huic moritur" sc: cujus initium: Notandum quod sancta religio;" habentur. Denique Schrambius ultimum capitulum de electione Abbatis penitus omisit. In fine additum est: "Explicium caeremoniae observanciae

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 88

, 194.



regularis etc: 1490 "

Nicolaus Seyringer Mareni Austriae op, pido natus, unde de Maren, et de Austria dictus, Prior S. Specus S. Benedicti prope Romam, et Monasterii S. Annae prope Neapolim, postea Visitator Apostoli, cus per Austriam, et Abbas Mellicensis, obiit aō 1425. Vide Lehrambium et Kropff: l: l: cc: cc:

2. Fol: 157 - 199.

De Acolitorum et Candelari, onem officiis. 157a - 199b

De Acolytorum, et Candelariorum officiis in Coenobio Mellicensi. Titulus est: " Hic infra conscripta sunt ea que acolitos atq; candelarios in suis officiis respiciunt jux, ta practicam et consuetudinem huyus Mo, nasterii Mellicensis. In sumis festivitati, bus officium acoliti primi. Et primo de Vesperis dī: " Incipit: " Pulsato signo pri, mo ad vesperas "

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 88

, 195.

3 Fol: 200–209.

Festa Abbat: Prior: Hebdomad: et Agenda pro defunctis.

200a – 209b

Festa Abbatis, Prioris, et Hebdomadarii, quibus annexa sunt Agenda pro defunctis, licet in Monasterio Mellicensi. In fine additur: " 1490. pridie kl. Augusti. Ista post diligentem et multiplicem previam deliberationem conventualiter conclusa, sa sunt.

4 Fol: 210–231.

Memoriale Visitationis Mellicensis anno 1454 factae.

210a – 231b

Memoriale Visitationis Mellicensis anno 1454 institutae. Praecedit index super Memoriale. Inscriptio operis est: " Visitatio Mellicensis facta ao 1454. festo purificationis b. Mariae Virgis ", quae inscriptio a poste, rioni manu profecta est. Ipsum memoriale cum titulo genuino Fol: 213 in hunc modum incipit: " In Xti nomine amen. Anno Dñi Millesimo quadringentesimo quinto decimo nono januarij. Memoriale visitationis huius monasterii per commissarios Dñi pape (b) facte anno Dñi 1454. circa festum purificacionis marie. Quia multa in visitationibus dicti solent. "

(a) Lege: quinquagesimo primo

(b) Nicolai V.

Schrambius in Chron: Mellic: pag 403 legg: de praesenti visitatione loquitur, noster, que memorialis p: 422. col: 2. mentionem quidem facit, sed quasi minus purum publici juris facere supersedet. Utinam non supersedisset reddenda ratione, qua illi minor puritas, ac sinceritas memoria,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 88

, 196.

„lis nostri fuerit perspecta. In fine additum est: „ Anno quo supra XX die martij sig, „nata sunt hec visitatorum per summum „pontificem deputatorum Lignetis fratres „laurencium Abbatem (c) Nicolaum pre, „positum (cl) et Johannem priorem" (e)

(c) Celle Maria Ord: S: Bened,
(cl) Doroth: Vienn
(e) In Maurbach.

5° Fol: 232—235.

Ludovici Abb: Mellic: et Seniorum Statuta.

232a—235a

„Statuta Domini Ludovici Abbat: Mellic, et Seniorum." Ita Titulus. Jnitium est: „Carissimi scivant c. v. quod ea Statu et „officio meo." Spectant potissimum ad curam infirmorum. Lehrambium, qui Chronic: Mellic: p: 278 ab anno 1387 usque 1410 gesta Ludovici II enarrat, hec Statuta latuisse videntur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 88

, 197.

6 Fol: 235.

Joannis Abb: Mell: Statuta de frat: conver:

235b

Joannis Abbat: Mellic: statuta de fratribus conversis. Titulum habent: "Sequentem facultatem habet magister fratrum conversorum sic in Scripto ut sequitur per dnum Johannem abbatem patri Johanni de Weilhaim datam anno dni 1455°. Initium est: "Primo generalem habet superintendentiam".

Joannes IV praefuit coenob: Mellicensi ab aō 1453–1474. Schramb. l.c: p: 443 segq.

7 Fol: 236.

Leonardi Abb: Mellic: Ordinat: de frat: conver:

236a

"Ordinatio dni Abbatis Leonardi pro fratribus conversis in lotione vestium Lavanda." Haec est inscriptio; initium: "In die quo vestes lavari debent". In fine: "Haec concluſa anno dni 1427 feria quinta ante nativitatem marie."

Leonardus Abbas erat Mellicii ab aō 1426 vsqs 1438. Schramb: l.c: p: 365. Horum ac praecedentium de conversis statutorum nulla apud ipsum mentio.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 88

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27426

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)